ASTROLOGIAE INDICAE, 'HORA'

LAGHU-JATAKI CAPITA INEDITA III-XII.

IACOBI

DE

ASTROLOGIAE INDICAE, 'HORÂ' APPELLATAE ORIGINIBVS.

ACCEDVNT

LAGHU-JÂTAKI CAPITA INEDITA III—XII.

DISSERTATIO PHILOLOGICA

QVAM

SVMMORVM IN PHILOSOPHIA HONORVM
AVCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS
IN VNIVERSITATE FRIDERICIA GVILELMIA RHENANA
RITE OBTINENDORVM CAVSSA
VNA CVM SENTENTIIS CONTROVERSIS
DIE XXIV. MENSIS IVLII A. MDCCCLXXII HORA XI
PVBLICE DEFENDET SCRIPTOR

HERMANNVS IACOBI
RHENANVS

ADVERSARIORVM PARTES SVSCIPIENT:
IOHANNES FROITZHEIM STVD. PHIL.
IACOBVS MASBERG STVD. PHIL.
IOHANNES MORDTMANN STVD. PHIL.

BONNAE
FORMIS CAROLI GEORGI.
1872

IOHANNI GILDEMEISTER

ALBRECHTO WEBER

Praeceptoribus benevolentissimis

PIO GRATOQVE ANIMO

EDITOR

Quoniam et plura Indorum scripta nunc cognovimus et studium litterarum Sanscriticarum omnino magis effloruit, factum est, ut ii, qui Indos aliarum gentium cultu et moribus mixtos esse negaverint, plane refellantur. Etenim, quamvis exteras nationes ut barbaras impurasque contempserint, Indos multas tamen res cum ab aliis tum a Graecis maxime, qui per tot saecula nonnullas Indiae regiones tenebant, sumpsisse inter omnes constat. Neque dubium est, quin Graecorum mores liberales et cultus delicatior, quippe quae res summopere ab illa pristina Indorum severitate ac simplicitate abhorruerint, mores Indicos mutaverint. Quamquam de mutatis a Graecis Indorum moribus inter plurimos doctos viros non iam disceptatur, tamen quomodo et quali ordine paullatim ipsi mutati sint, certa argumenta adhuc non inveniuntur. Extant vero, quae graecam originem aperte prae se ferant, et artis quidem astrologicae auctores fuisse Graecos Indi ipsi memoriae produnt. Id quod primus Colebrookius (ess. II 526) cognovit, deinde A. Weber carissimus mihi praeceptor copiosius tractans (Zur Geschichte der indischen Astrologie: Ind. Stud. II 236 sqq.) Indorum astrologiam cum Graeca necessitudinis vinculo coniunctam esse demonstravit ita, ut non solum fati divinandi rationem inter utramque congruere sed etiam terminorum astrologicorum exuto, ut ita dicam, vestitu indico ipsa Graeca verba restituenda esse confirmaverit. Cuius viri clarissimum exemplum secuti nos, quidnam utriusque gentis astrologiae commune sit, per quos auctores et quonam tempore Graecorum astrologia in India innotuerit excultaque sit — haec invertiganda nobis proposuimus. Qua investigatione absoluta exceptis nimirum duobus capitibus, quae iam a Webero *(Ind. Stud. II 277 sqq.)* edita sunt, Varâha-Mihiri Laghu-Jâtakum interpretari in animo est; nulla enim

alia ratione, opinor, aptius et dilucidius indicae astrologiae natura atque indoles demonstrabitur.

Ac primum quidem disserendum est de Graecis Romanisque astrologis, quos pertractandae huic quaestioni adhibui. Graeci Romanique astrologiam a Babyloniis accepisse iis potissimum cognoscuntur, quae a veteribus scriptoribus de Chaldaeorum scientia memoriae prodita sunt, (Duncker *Geschichte des Alterthums B. I. 3te. Aufl. p. 222, 223)* nec non audierunt isti Aegyptios. Quam disciplinam, cum iam diu in Graecia Italiaque volgata esset, Claudius Ptolemaeus [1]), qui medio secundo p. Chr. saeculo florebat, artis nomine induit et via ac ratione pertractavit. Idcirco a posterioribus auctor astrologiae habebatur, quamquam iam antea nonnulli, ut is, qui Manilius vocari solet, eam litteris mandaverunt. Ptolemaei liber inscribitur nomine Tetrabiblo, cuius editionem a Ph. Melanchthone curatam (Basileae per Oporinum 1553) sequar. Sed cum Ptolemaeus magis elaboraret, ut astrologiam κατὰ τὸν ἁρμόζοντα τῇ φιλοσοφίᾳ τρόπον tractaret, quam ut omnia, quae ad usum astrologorum necessaria viderentur, congereret, hominibus, qui tempora viderunt Neoplatonicorum et Neopythagoraeorum, superstitioni magis magisque deditis non satis fecit. Quare inde ab exitu tertii saeculi multi fuere, qui rudimenta vel commentarios in Ptolemaeum scriberent. Ptolemaei commentator, cuius opus exstat, Proclus fuisse creditur, qui a 412—485 p. Chr. n. fuit. *Εἰσαγωγὴν* in Ptolemaeum scripsit Porphyrius, qui tertio saeculo extremo floruit. Horum opera una cum Hermetis revolutionibus edita sunt Basileae 1559. Quibus copiosius rem persecutus est Iulius Firmicus Maternus Iunior Siculus, cuius Astronomicon libri VIII (ed. per Nicolaum Prunkerum Basileae 1551) circa annum 336 scribi coepti sunt, editi a 354 (cf. praef. p. 2 ed. Basil.). Exeunte quarto saeculo scripsit Paulus Alexandrinus *rudimenta in astrologiam* σύνταξιν λειπομένην ἐν οὐδενὶ τῶν εἰς

1) Nihil ad nostram quaestionem refert, utrum re vera Ptolemaeus auctor fuerit, an alius, cum Porphyrius eius disciplinam iam noverit.

τὴν αὐτὴν πρόςθεσιν συντεινόντων θεωρημάτων — sed nihil fere attulit, quod a Firmico Materno non iam occupatum sit. Reliquum est, ut de Manethone loquar. Poëmata, quae eius nomine, ‚aperto mendacio‘ feruntur tertio quartoque p. Chr. saeculo a compluribus poëtis scripta esse argutissime docuit Arminius Koechlius, scriptores autem non satis in astrologia edocti fuisse videntur. Affertur enim indigesta praescriptorum moles non disposita nec descripta eis terminis, quibus utebatur Ptolemaeus. Manilium negligemus, quia plane diversam astrologiae rationem protulit; ignorat enim calculos planetarum, qui permagni momenti sunt in Ptolemaica illa doctrina, solummodo zodiaci astris nisus. Et, quae legitur apud eum stationum caelestium descriptio (III 96—159), prorsus aliena est ab illa, quae Graecis usitata fuit.

Cum hanc de fontibus partem absolverimus, nunc nobis exponendum est, quibus in rebus congruat Indorum et Graecorum doctrina. Multa iam protulit vir clarissimus A. Weber l. s. s., quae, ne quid desideretur, nunc nobis repetenda sunt, multa vero intacta remanserunt. In quaestione autem ipsa sequemur versus Laghu-Jâtaki similia quaeque adnotantes, nec tamen secundum caput excedemus, quia priora iam a Webero cum interpretatione edita maiorem rudimentorum comparandorum copiam praebent, reliqua, quae nos edituri sumus, capita rarius in singulis rebus cum Graecis conveniunt, quae nos ad interpretationem adnotabimus, in dispositione autem universa sequuntur expositionem illam Ptolemaei.

Et ista quidem signorum dominatio in membra humana I. 4, si minora discrimina negligimus, eadem fere est, quam Paulus Alexandrinus initio operis sui itemque Porphyrius p. 198 docuit [1]). Deinde ea, quae versu 7 praescribuntur, singularum rerum comparatione habita conveniunt cum iis, quae ibidem Paulus Alexandrinus de masculinis et femi-

---

1) Quibus locis res apud Firmicum Maternum legantur, non adnotabimus, cum omnes facillime in indice ad secundum eius librum inveniantur.

ninis, de tropicis signis et de ventis profert; et versus 8 idem de domibus planetarum docet. Brevius has res Ptolemaeus describit. Ratio autem de partibus planetarum v. 10, de *navâmçakis* et *drekânis* nisi in rebus principalibus non convenit cum ea ratione, quam Graeci de decanis et finibus (Ptol. 45 Paulus Al. f. 8, 9) sequuntur. Graecos quoque distinxisse signa humana, quadrupedia, terrestria et alia apparet ex Claud. Ptol. p. 34.

Perveni ad praedictionum totiusque astrologiae quasi fundamentum illud. L. S. I 15.

tanudhanasuhṛitsuta-
ripujâyâmṛityudharmakarmâyâḥ |
vyaya iti lagnâd bhâvâç

quocum conferendum est enumeratio illa copiosissima coeli stationum apud Paul. Al. f. 40—51 quae, licet ibi non tam concisa sit nec verbis certis definita, tamen ita comparata est, ut doctrinam indicam ex illa fluxisse appareat. Sequamur nunc seriem stationum incipientes ab ascendente (*ὡρόσκοπος hṛorâ*). Prima appellatur vitae et animae causa = *tanu*, secunda vita et Plutonis porta = *dhana*, tertia de fratribus significationem facit = *sahaja*, quarta tales leges fert, quas quo modo cum *suhrid* conciliem ignoro, e quinta sumuntur de liberis praedictiones = *suta*, ex sexta, quae *σημαίνει τὸν περὶ σίνους λόγον*, de inimicitiis insidiis seditionibusque = *ripu*, septima nuptias parat = *jâyâ*, octava significat mortem = *mṛityu*, nona *σημαίνει τὸν περὶ θεῶν λόγον καὶ ὀνείρων καὶ ξενιτείας*, quod idem atque Indorum *dharma* esse videtur, decimae tribuuntur officia, quae pertinent ad vitam publicam, nec est a tali definitione alienum illud *karman*; undecima nominatur *ἀγαθὸς δαίμων* = *aya*, duodecima *κακὸς δαίμων* = *vyaya* (cf. Manetho VI 37.) Firmicus Maternus usitatam descriptionem his verbis reddit: Vita, Spes, Dea vel Fratres, Parentes, filii, valetudo, coniux, mors, religio vel deus, medium coeli, bonus daemon, malus daemon. — Sequuntur in versibus 16—19 alia stationum nomina ut *trikôna- kendra paṇaphara âpoklima jâmitra dyûna dynta rishpha*, quae eadem esse ac graeca *τρίγωνον κέντρον ἐπαναφορά, ἀπόκλιμα, διάμετρον, δυτόν, ῥιφή*(?) iam A. Weber

docuit. Versus 21—22 continent descriptionem exaltationum deiectionumque, quae mirum in modum cum graeco non solum astrorum sed etiam graduum conspirat, exceptis exaltationibus solis et iovis, quas Porphyrius, Paulus Alexandrinus, Firmicus Maternus in XIX gradu arietis et XV cancri ponunt, Indi vero in X arietis et V cancri [1]). Versus 21 et 22 sequitur versus finalis, quo res primi capitis *'râçiyoniprabhedâ'* nuncupati comprehenduntur. Secundum caput, cui nomen *'grahayoniprabhedâ'* est agit de planetis eorumque legibus. Hanc materiam Indi amplificatam exhibent, utrum autem ipsi omnia excoluerint, an Graecieo tempore in India viventes adeo iam auxerint Ptolemaicam doctrinam, dirimere nequeo. Idcirco breviores nunc erimus, cum res, quae comparari possint, rarae sint. versu primo simile aliquid docetur de potestate planetarum malefica et benefica ut a Ptol. 21, Paul. Al. f. 13. nec negligendum est, quid eodem loco Ptolemaeus de masculis et femininis stellis tradit L. S. II 2. Deinde versu quarto definitur, quando planetae sint potestate praeditae, idque fere convenienter cum Paul. Al. f. 9. Denique ea, quae in versu 6 de planetis interdiu et noctu pollentibus traduntur, non nimis dissentiunt ab edictis Graecis a Ptol. p. 21. Paul. Al. f. 13 prolatis.

Id, de quo reliquis versibus agitur, e singulis praeceptis collectum et in eam regularum formam ab Indis ipsis redactum est, quam ob rem nostrae quaestioni idoneam materiem non praebet. Respicientes enim naturam planetarum, qualis a Graecis constituta sit et ex ipsorum praeceptis eluceat, facile nobis persuadebimus ex ea accuratam illam Indorum disciplinam quasi e semine increvisse et ita amplificatam esse, ut apta sit ad usum astrologorum, quem insequentia capita continent. Ea de rebus agunt, quas Ptolemaeus peculiari quidem ratione, rerum tamen ordine servato in libris tertio quartoque profert. Ab Indis ipsis

1) Apud Porphyrium exaltat venus in XXVI gradu piscium, apud Paul. Al. et Firm. Mat. nec non apud Indos in XXVII, apud Paul. Al. saturnus in XXI gradu librae apud reliquos in XX. An codicum editionumve peccata?

nonnulla addita sunt, quippe quae in capitibus: *âyurdâya*, *antardaçâ*, *ashtakavarga*, *nâbhasayoga* docentur. In aetatis humanae annis computandis Graeci ab Indis discrepant, nec tamen nostro libello *nashṭakajâtakam* ut rem difficillimam doceri voluit Varâha-Mihirus.

Hac comparatione habita apparet indicam astrologiam cum Graeca, qualis post Ptolemaeum exculta sit, multis in rebus convenire; quare suspicari licet Indos novisse quendam illius doctrinae principem, cuius scriptis legendis operam dederint. Sed frustra eorum quempiam indagare studebimus, nisi forte fabulam istam de *Asura-Mayo* narratam respicere voles. Nam Paulum Alexandrinum eundem esse ac *Puliçam*, ut nuper Weber (*Monatsb. d. kön. Acad. d. Wiss. zu Berlin p. 619. 1871*) denuo monuit, iam H. Kern (in praefatione ad Bṛih-Saṃh. p. 48, 49) ex diversitate rerum, quas uterque tractasset — alter astrologiam in εἰσαγωγῇ, alter astronomiam in *Pauliçasiddhânta*, recte, opinor, negavit. Adde quod verba illa Paulina, quae enumerationem domorum exaltationumque continent et quae in *Hâyanaratna* A. Weber se reperisse opinatur *(Ind. Stud. II 260)*, librarii nescio cuius opera in textum venerunt. Namque zodiaci signis copiose descriptis singulae res repetuntur ea ut videtur de causa, ut lectori aliquid quaerenti summa rerum facile in conspectu sit. Auctorem ipsum easdem res bis descripsisse vix credibile est. Caeterum textus Schatonis additamentis abundat.

Alius Graecus, cuius scripta in Indiam pervenisse credunt, est Manetho *(Maṇittha)*. Quaestio est utrum illius Manethonis, qui tertio a. Chr. n. saeculo floruit, an illius, cuius ἀποτελέσματα adhuc supersunt. Utrumque negaverim: namque prioris Manethonis tempore librà nondum zodiaci signum fuit, in India autem χηλαί ignorantur; adde, quod Manethonis astrologia, si quam descripsit, erat Aegyptia Indis non nota. Alterius poëma Indicae astrologiae fontem fuisse nobis persuadere non possumus, nam, ut iam diximus, in illis libris Manethonianis fere sine lege et ordine praescripta innumerabilia cumulantur nec usurpantur termini Ptolemaici, quos Indi receperunt. Accedit, quod *Yavaṇa*

Manittha et alii ut auctores doctrinae cuiusdam, quae est de amicitiis inimicitiisque mutuis planetarum laudantur; at ipsa illa doctrina et Manethoni et omnino in graeca astrologia, quam quidem sciam, ignota est.

Denique mihi ‚*y Yavaneçvara-Asphujidhvaja*' nominandus est, sive, ut Bhâu Dâji, vult Speusippus, sive, ut Kern, Aphrodisius quidam est, certe auctor in occidente non vixit, sed ut Graecus fuerit, in India eum degisse res ipsa monet.

Ex iis, quae adhuc exposuimus, non effici potest Indos scripta Pauli Alexandrini et Manethonis non ignorasse. Sed ex aliorum Graecorum libris, nescio quibus, contendat fortasse aliquis eos sua hausisse. Et ipsi quidem astrologiae auctores fuisse Graecos testantur. Quo testimonio nisi doctissimi viri adhuc Indos ipsis Graecorum scriptis legendis operam dedisse censebant, at nos non ex Graecorum litteris, sed potius e Graeco sermone hausisse eos dilucidum faciemus. Ac primum quidem Varâha-Mihirum, cum vocem, ‚horâ' e Sanscritico vocabulo *ahorâtra* derivet (*Colebrooke ess. II 526*), graecam linguam omnino ignorasse constat. Deinde ii, qui multo ante astrologiae operam dedederant, e verbis, ‚*trikoṇa* et *durudhara*' (= τρίγωνον, δορυφορία) haud dubie ad Sanscriticam originem translatis ipsa Graecorum scripta non intellexisse cognoscuntur. Postremo vero *Utpalus*, qui X saeculo vixit, de *Yavanorum* antiquorum libris verba facit, sed, id quod maximi momenti est, se ne vidisse quidem istos testatur. Itaque Graecorum libros graece scriptos apud Indos omnine non fuisse apparet.

An Graecorum astrologi quidam indica lingua usi sua descripserunt? Anne Sanscritica. Etiam hoc plane nego. Nam si linguae Sanscriticae periti fuissent isti, omnino non fieri potuit, ut et Graecorum et Sanscriticorum verborum formae adeo inter se repugnarent, ut *âsphujit*-Ἀφροδίτη, *paṇaphara*-ἐπανάφορα, *drikâna*-δέκανος, *pâthena*-πάρθενος. An Pracritica? Minime vero. Nam obstant illorum vocabulorum a linguae Pracriticae legibus abhorrentes formae.

Ut finem denique faciamus, cum Graeca verba non-

nulla in Indorum scriptis reperta neque Indi e Graecorum libris in suam linguam transtulisse, nec Graeci ipsi Sanscritice Pracriticeve libros ullos composuisse cognoscantur, hoc unum restat, ut Indos non scriptis, sed potius consuetudine et colloquio astrologorum Graecorum usos esse censeamus. Nec mirandum videtur, quod Indorum astrologi in tradendis iis, quae consuetudine ista didicerant, Graecos magistros maxime laudaverunt. Unde factum est, ut posteriorum temporum astrologi priorum exemplum temere secuti in hanc opinionem inducerentur, ut et alia, et ea, quae indicae originis esse constat (*Brih. Iât. cap. XII XII Utpalus ad Laghu Iât. II 9*) a Graecis potius deprompta esse falso crederent.

Atque haec quidem hactenus; nunc quaerendum est quo tempore Graecorum astrologia ad Indos pervenerit. Auctorum illorum nomina, de quibus antea egimus, cum ad eos, qui nobis quidem noti sunt, Graecos referri nequeant, nihil de hac re certi efficiunt. Quare, si quid proficietur, argumenta ex ipsa indole utriusque astrologiae inter se comparatae repetenda erunt. Comparatio autem, quam antea instituimus, docuit nos Indos ipsis Graecis Ptolemaei terminis uti. Ergo illos astrologiae Graecae principes ante Ptolemaeum, qui medio secundo p. Chr. n. saeculo floruit, non scripsisse statuendum est. At accuratius etiam tempus definire nos posse arbitramur. Nam cum Ptolemaei institutio non iam hominibus superstitiosioribus sufficeret, inde a medio tertio saeculo astrologia, ut iam diximus, summo studio ita excolebatur, ut Firmici Materni temporibus perfecta esse videretur. Quam perfectam iam astrologiam accepisse Indos ex superiore nostra comparatione apparet. Invenimus enim apud Varâha-Mihirum dominationem signorum in membra humana, nova constellationum nomina, accuratiorem exaltationum deiectionumque enumerationem, excultiorem de affluxionibus defluxionibusque doctrinam, quas res omnes aut plane omisit, aut brevissime tantum perstrinxit Ptolemaeus; apud Porphyrium autem leguntur. Accedit deinde perfecta illa de coeli XII stationibus doctrina, gravissima quidem apud Indos, quam Por-

phyrius, dum in reliquis rebus, ne quid omitteret, studet, utilissimam astrologiae partem ne verbo quidem tetigit; ergo eam non iam volgatam esse hoc argumento apparet Primus eam Firmicus Maternus protulit. Itaque istam doctrinam astrologiae eo tempore additam esse censemus, quod inter Porphyrium et Firmicum Maternum intercedit — ab exeunte scilicet tertio usque ad medium quartum p. Chr. n: saeculum. Ant ehoc tempus illos pristinos auctores astrologiam Graecum descripsisse non credendum est; inter quos et Varâha-Mihirum duo praeterierunt saeculo, quod temporis spatium sufficere videtur ad ea explicanda, quae Indorum astrologi in graeca doctrina aut mutaverunt aut plane nova addiderunt.

Dicat quispiam non necessarium esse Indos tum demum astrologiam litteris suis mandavisse, cum a Graecis exculta perfectaque esset, sed eos iam pridem ‚*Horam*‘ didicisse, et deinde, quidquid Graeci in arte illa auxissent, astrologiae ipsorum addidisse. Quod si ita esset, illa de XII stationibus doctrina, quam postremo Graeci novaverunt, cum reliquis non adeo coaluisset, ut fundamentum quasi totius artis esse videretur. Quare necesse est Indos illam disciplinam non post reliquas, sed una cum iis accepisse; quo efficitur astrologiae illius originem quarto p. Chr. n. saeculo fuisse.

Quod si probabiliter demonstrasse videbor, concedendum erit scriptorum Indorum antiquitatem, qui astrologiae Graecae notitiam prodant, non excedere quartum p. Chr. n. saeculum. Ab huiusce quaestionis institutione non abhorrere videtur, si isto argumento nisi in aetatem nonnullorum scriptorum inquiramus. Ac primum quidem de Gargo verba faciam. Hunc H. Kern, vir clarissimus et in huiusce generis litteratura auctor doctissimus, circa annum 50 a Chr. n. — ante *Râmâyaṇum* — floruisse affirmat, cum *Gargus* signorum zodiaci mentionem non fecerit. (Kern Praefatio ad Bṛih. Samh. p. 40). Nunc vero, quot quantisque dubiis *Râmâyaṇi*, quodquod fuit, origo obruta sit, docti sumus, neque ignoramus Graecorum astronomos ab apotelesmatum nugis ante Caesarem abstinuisse. *Gargus*

igitur cum Graecos celebres astrologos esse testatur versu illo (*Bṛih. Samh.* II *15*):

mlecchâ hi yavanâs teshu samyak çâstram idam sthitam
ṛishivat te 'pi pûjyante kim punar daivavid dvijaḥ

Graecorum autem astrologiam ignorat — quis enim fatidicus nota iam astrologia Graeca signa zodiaci ignorasset? — haud multum ante initium quarti saeculi fuisse videtur. Eius ars divinatoria talis est, qualem A. Weber (*ind. Stud.* *II 239*) perstrinxit.

Deinde *Manus* non solum zodiaci signorum planetarumque mentionem non fecit, sed etiam cum astrologos (III 162 *nakshatrair yaç ca jîvati* VI 5 *nakshatrângavidyayâ*) nominet, homines *nakshatris* usos vituperat. Ergo cum astrologi Manuis tempore *nakshatris* praesertim niterentur, nec Graecorum praescriptis, *Mânavaçâstrum* ante quartum p. Chr. n. saeculum compositum est. At *Yâjnavalkyus* non solum planetarum venerationem I 295—307 et regis erga astrologos honores I 323 praescripsit, sed etiam ipsas graecas disciplinas memorat: III 171 (*grahasamyogaphalaiḥ*) planetarum conventus nominat, quae disciplina tanti valet apud Graecorum astrologos; et versu illo I 80 se astrologiam graecam novisse apertissime prodit. Nam cum et alia cavere iubet, si vir filium gignat, tum ut ‚*sustha indau*' i. e. non nisi luna fauste posita sit, coeatur, monet. Quis est, quin naturam lunae ad mulieres et genituram pertinentem agnoscat? (cf. L. S. cap. V et X 1. 2.) Addamus commentarios in *Mitâkshara* prolatos secundum editionem Calcuttensem f. 9. 2. 14, 15. *Maghâmûlanakshatre varjayet* | *candre caikâdaçâdisthânagate cakârât punnakshatre çubhayogalagnâdisampattau sakṛid ekasyâm râtrau na dvis trir vâ tato lakshaṇair yuktam putram janayati* |. Itaque *Yajnavalkyus*, quamvis expresse signa zodiaci non notaverit, quae, cum minoris momenti fuerint, a legum scriptore in tanta rerum brevitate negligi poterant, non ante quartum p. Chr. n. fuit.

Iam his disputatis, antequam ad *Laghujâtakam* ipsum interpretandum transeamus, de codicum condicione breviter

disseram. Quatuor enim sunt libri manuscripti, e quibus textum constitui, Berolinenses omnes.

Cod. A. *(Chambers 403)* pulcherrime et emendatissime anno *samvat* 1531 scriptus, omnium antiquissimus continet *Utpali* commentarios.

Cod. B. (*Chambers 658*) sine oommentariis, *samvat* 1727 negligentius exaratus est. Saepe in margine explicationes *Utpali* in breve redactae adpositae sunt, quae nonnumquam in textum ipsum irrepserunt; quare illum ex exemplari aliquo commentariis *Utpali* instructo exscriptum esse arbitror.

Cod. C. *(Chambers 463)* duobus vel tribus manibus scriptus est, prior pars usque ad VII 4 incredibilem fere librarii socordiam prodit multis syllabis aut foedissime depravatis aut in textu omnino omissis, quae — disiecta membra poetae — aegre e commentariis admodum mutilae colligendae sunt; pars altera accuratius et melius scripta ad textum emendandum non nihil valuit, commentarius recentioris aetatis est.

Cod. D. (mss. or. Q. 540) negligentius scriptus, forma nostrorum librorum, scholiis recentioribus ac diversis a cod. C. instructus, reliqua inde a IX 11 desiderantur.

Laghujâtakam compendiosius ut ipse auctor dixit [1]), materiam in *Horaçâstro (Brihaj-Jâtakam)* collustratam exponit neglectis, quae minus necessaria viderentur prascriptis. Continet autem capita duodecim (*Brih. Jât. I—XXIV)*

---

1) horaçâstram vrittair
maya nibaddham nirîkshya çâstrâni |
yat tasyâthâryâbhih
sâram aham pravakshyâmi || I 2.

Saepius in nostro libello caesurae leges negliguntur ita ut forma metri *aryae*, quae *vipulâ* dicitur evadat; quod Varâha Mihiro proprium esse nuper C. Capeller notavit (*Die Ganachandas* Leipzig 1872) loci, quibus caesura in medium verbum incidit, hice sunt: I 4, a; 16, a; 17, b; 21, a. II 4, a; 8, a; 9, b. III 1, b; 4, b; 8, a. IV 5, a, b; 9, a. V 9, a. VI 3, a; 5, a. VII 2, b; 3, a. VIII 7, a, b; 8, b. 10, a, b; 13, a. IX 2, b; 9. a; 22, a; 27, a. X 2. a; 8, b; 11, b. XI 1, b.

si sequimur capitum divisionem ab *Utpalo* prolatam; nam excepto cod. B. reliqui codices capita ita dispescunt, ut adaptata sint ad capita *Brihajjâtaki.* Quod sequitur caput tertium decimum postea additum est: versus enim e *Brih. Jât. XXV* 9—14 sumpti sunt commentarius manuscripti A ex *Utpali ad Brih. Jât.* commentario excerptes esse videtur. Neque in C totidem versus reperiuntur, quot in A et B, neque in scholiis explicantur. Itemque versus XII 5 depromptus est e *Brih. Jât. XXIV* 14 et versus VI 10 et 11 e *Brih. Jât. VI 11 et 12.* Omnes ipsa metri diversitate originem alienam indicant. Denique versus I 12, 13 spurii sunt (vide *Ind Stud. II 280*); nam dissentit in illis descriptio signorum ab illa *Brih. Jât. I 5* exposita. Adde quod in A commentarius Utpali eos negligit. Quibus omnibus versibus — spuriis vel immerito *Laghu-Jâtako* impositis — reiectis numerus versuum redit ad CXLIV (12×12?)

His, quae in promptu erant, expositis ad *Laghu-Jâtaki* capita inedita interpretanda transeamus, dum textum, quantum fieri potuit, emendatum proponimus et, qua par est, brevitate interpretamur secuti *Utpali* auctoritatem. Enitemur autem, ut auctoris vestigia premamus, magis, quam ut eleganter vertamus; nam ut Manilius dicit, ornari res ipsa negat contenta doceri.

Accipe ergo bene vole lector opusculum hocce, quod, ut incrementi aliquid scientiae Indicae afferat, pervelim; et si in eo multa menda corrigere non valui, venia nobis detur, quam librarii petere solent versiculo in fine addito.

Yâdriçam pustake drishtam tâdriçam likhyate mayâ |
yadi çuddham açuddham vâ mama dosho na dîyate ||

Çrî-Vaṛâha-Mihiri Laghujâtakum

exceptis duobus prioribus capitibus

cum interpretatione latina et variis lectionibus

Âdhâne 'stagṛiham yat
tacchîlo maithune pumân bhavati |
sâyâsam asadyutavî-
kshite vidagdham çubhair aste || 1 ||

Qualis procreationis tempore (*âdhânam vîjaprakshepaḥ* Bh.) occidens est, talis in coitu vir; occidente a beneficis planetis aspecto vel iis iuncto, coitus commodus (*çîtkârâdi-bahulam*), a maleficis vero, laboriosus est.

saurâmçe 'bjâmçe vâ
candraḥ saurânvito 'tha hibuke vâ |
çânto dîpo janmany
âdhâne praçnakâle vâ || 2 ||

Si luna in fine signorum aquaticorum vel saturni aliquo vel ubivis saturno iuncta vel in hypogaeo posita erit, partus vel procreationis vel quaestionis tempore lucerna extincta erit (*tamasy âdhânam prasavo vâ vaktavyam*)

yamavakrau dyûne 'rkât
pumso rogapradau striyaç candrât |
tanmadhyagayor mṛityus
tadekayutadṛishṭayoç caivam || 3 ||

Saturnus et mars soli oppositi viro, lunae oppositi feminae morbos excitant; sol lunaque medii intercedentes saturnum martemque patri vel matri mortem afferunt; (*yathâ sankhyena mṛtyur bhavati strî pumsoḥ*) pariterque pater materve obibit, si saturnus vel mars alterum luminum aspiciet et alteri iungetur [simile praescribit Ptol. p. 115]

Kalalaghanâvayavâsthi-
tvagromasmṛitisamudbhavâḥ kramaçaḥ
mâseshu çukrakujajî-
vasûryacandrârki saumyânâm || 4 ||

Foetus (*garbhaḥ çukraçonitamiçrîbhûtaḥ*) primo mense globulus, secundo solidus fit, tertio oriuntur membra, quarto ossa, quinto cutis, sexto capilli, septimo memoria; suntque ei domini secundum ordinem mensium: venus, mars, iupiter sol, luna, mercurius.

açanodvegaprasavâḥ
parato lagneçacandrasûryâṇâm |
kalushaiḥ pîḍâ patanam
nipîḍitair nirmalaiḥ pushṭiḥ || 5 ||

Octavo mense nutritur, nono movetur, decimo nascitur foetus regiturque singulis mensibus a marte, sole, luna. Maculosis detrimentum. vexatis abortus, gaudentibus (planetis) incrementum significatur.

Bh. *âdhânâdyaḥ kalusho vivarnas tasya sambandhini mâsi garbhasya pîḍa vaktavya.* reliqua in commentario desiderantur.

balayuktau svagrihâmçeshv
arkasitâv upacayarkshagau pumsâm |
strîṇâm vâ kujacandrau
yadâ tadâ sambhavati garbhaḥ || 6 ||

Si sol et venus potentes in suis finibus vel in *upacayo* (I 19) masculino positi erunt, sive luna et mars (in suis finibus) vel in *upacayo* feminino, foetus concipietur.

lagne balini gurau vâ
navapan'camasamsthite 'pi vâ bhavati |
yogâ hatavîjânâm
aphalâ vîṇeva badhirâṇâm || 7 ||

Idem fit, si iupiter potentia instructus in prima, quinta nonave statione moratur. Quae constellationes inefficaces sunt semine orbatis, veluti lyrae soni non audiuntur a surdis.

A *samsthite bhavati*. B. C. *sthite 'pi vâ bh.*

vishamarkshe vishamanavâm-
çasamsthitâ guruçaçân'kalagnârkâḥ |
pumjanmakarâh samabhe
tu yoshitâm samanavâmçagatâḥ || 8 ||

Ascendens, iupiter, luna, sol in impari sede locati vel in fine aliquo, qui sub imparis signi dominio est, filium

tribuunt, filiam vero in pari signo vel in paris signi fine locati.

Scripsi *samabhe tu* pro *samabheshu* codicum.

balinau vishame 'rkagurû
narânâm striyam samagṛihe kujendusitâḥ |
yamalam dviçarîrâmçeshv
indujadṛishṭyâ svapakshasamam || 9 ||

Potentibus sole et iove in impari sede locatis filius nascitur; marte, luna, venere locatis pari in sede filia. Si in bicorporeis signis locati a mercurio aspicientur, gemini nascentur et ita quidem, ut sol et iupiter mares, mars, luna, venus femellas tribuant; si promiscue suis locis reperientur, mas et femella nascentur.

lagnâd vishamopagataḥ
çanaiçcaraḥ putrajanmado bhavati |
nigaditayogabalâbalam
avalokya viniçcayo vâcyaḥ || 10 ||

Saturnus in statione III vel V vel VII vel IX vel XI ab ascendente positus filii genituram significat. Ex constellationum antea definitarum potentia impotentiave de genitura concludendum est.

iti çrîlaghujâtakâ âdhânâdhyâyas tṛitîyaḥ.

---

sattvam rajas tamo vâ
trimçâmçe yasya bhâskaras tâdṛik |
balinaḥ sadṛiçî mûrtir
buddhvâ vâ jâtikuladeçân || 1 ||

Temperamentum animae essentia vel impetus vel caligo erit, si sol in gradu planetae, qui essentiam sive impetum sive caliginem indicat, reperietur, a potente intellegitur corporis natura habita familiae gentis regionis ratione. Bh. *karṇâtakâḥ kṛishṇâḥ sarva eva bhavanti, vaidehâḥ sarva eva çyâmâ bhavanti, kâçmîrâḥ sarva eva gaurâḥ.*

(Confer quod Ptolemaeus περὶ μορφῆς καὶ κράσεως σωματικῆς p. 141 dixit)

guruçaçiravayaḥ sattvam
rajaḥ sitajnau tamo 'rkasutabhaumau |

ete 'ntarâtmanaḥ svâm.
prakṛitim jantoh prayacchanti || 2 ||

Jupiter, luna, sol planetae sunt qui e s s e n t i a m significant, mercurius et venus, qui i m p e t u m, saturnus et mars qui c a l i g i n e m significant; Planetae nati animae suam naturam (*pûrvavidhinâ*) tribuunt

[D exhibet versum spurium, quem neque explicat.

pûrvavilagne yâdṛik
navabhâge tâdriçî bhavati mûrtiḥ |
yo vâ graho balavâns-
tatkâlam tâdṛiçî vâcyâ ||]

candre lagnam apaçyati
madhye vâ saumyaçukrayoç candre |
janma parokshasya pitur
yama udaye vâ kuje câste || 3 ||

Luna ascendentem domum non aspiciente sive media inter mercurium veneremque posita, vel saturno oriente et marte occidente partus est ignorante patre

pâpayuto 'rkaḥ senduḥ
paçyati horâm na candram api jîvaḥ |
paçyati sârkam nendum
yadi jîvo vâ parair jâtaḥ || 4 ||

Si sol cum luna et planeta malefico coniunctus ascendens non aspicit neque lunam iupiter neque solem cum luna coniunctum (?) adulter genuit infantem.

dvâram vâstuni kendro-
pagâd grahâd asati vâ vilagnarkshât |
dipô 'rkâd udayâd var-
tir indutâḥ snehanirdeçaḥ || 5 ||

Porta domus eam versus regionem exit, quae a planeta in centro aliquo locato significatur (L. J II 1) (*bahushu kendragateshu yo balavân tad abhimukham vâcyam*), si planetae in centro non erunt, regio e signo oriente cognoscetur (L. J II 18); lucerna a sole, ellychnium ab ascendente, oleum a luna leges accipit.

Ultimum hemistichium Utpalus ita explicat: *cararâçi*

vyavasthite'rke samcâryamâṇo dîpa âdeçyaḥ. etc. — *udayâd vartir iti | lagnâd dîpavartir âdeçya | lagnârambhe tatkshaṇe dattâ vartir lagnâvasâne sarvadagdhâ* | etc. *indutaḥ snehanirdeça iti | yatra râçau candramâ vyavasthitas tadra yadi prârambha eva vyavasthito bhavati | tadâ dîpabhâjanaṃ snehântaṃ vaktavyam | auyatrânupâtâdâti* (sic!) |

adṛidhaṃ navaṃ atha dagdhaṃ
citraṃ sudṛidhaṃ manoramaṃ jîrṇaṃ |
gṛihaṃ arkâdyair vîryât
prativeçmaṃ sannikṛishṭaiç ca || 6 ||

Sole maxime pollente domus (in quo infans nascitur) infirma est, luna maxime pollente domus nova est, marte combusta, mercurio miranda, iove valde firmata venere amoena, saturno vetus. planetae natura, qui maxime pollenti proximum locum tenet, domus vicina definitur.

gurur ucce daçamastho
dvitricaturbhûmikaṃ karoti gṛihaṃ |
dhanushi sabale triçâlaṃ
dviçâlaṃ anyeshu yamaleshu || 7 ||

Jupiter exaltans in decima statione positus si quintum gradum (cancri) reliquit, domus duobus tabulationibus; si nondum ad quintum gradum pervenit, tribus; si quintum gradum obtinet, quatuor tabulationibus constat. Si iupiter potens in arcitenente versatur, tria, sin in reliquis *yamala* dictis (qui sunt: gemini, virgo, pisces) duo *çâla* nuncupata receptacula domus continet.

shaṭ trinavântyâḥ pâdâḥ
Khaṭvângâny antarâlabhuvanâni |
vinatatvaṃ yamalarkshaiḥ
krûrais tattulya upaghâtaḥ || 8 ||

Statio III fulcrum lecti anticum dextrum, XII anticum sinistrum; VI posticum dextrum, IX posticum sinistrum significat (L J. I 7). I et II caput spondae. IV V latus dextrum VII VIII partem pedibus subiectam X XI latus sinistrum definit. a bicorporeis signis declivitas, a planetis maleficis noxa (secundum IV 6) sumuntur.

arkâdi tâmramaṇihe-
mayuktirajatâni mauktikam loham |
vaktavyam balavadbhiḥ
svasthâne hema jîve 'pi || 9 ||

Praepollente planeta materia domus denotatur: Sole cuprum, luna gemmae, marte aurum, mercurio metallorum compositiones, iove argentum venere margaritae, saturno ferrum; iove in suo dominio morante aurum quoque indicatur.

C: *jîvo.*

çaçilagnântarasamstha-
grahatulyâḥ sûtikâçca vaktavyâḥ |
udagardhe'bhyantaragâ
vâhyâç cakrasya dṛiçyârdhe || 10 ||

A planetis intra ascendens lunamque locatis praedictio de obstetricibus sumitur (Bh. *yavantas grahâḥ sthitâs tâvat sankhyâ upasûtikâ vaktavyâḥ* | adhibendum VI 3). Planetae submundani significant obstetrices domi versari; qui in coeli parte, quam cernimus, extra domum.

codd. *samsthâ*, *Adṛiçyardham*, reliqui *dṛiçye'rdhe.* B *tulyopasûtikâç.*

iti çrîlaghujâtake sûtikâdhyâyaç caturthaḥ.

---

shashṭhe' shṭame 'pi candraḥ
sadyo maraṇâya pâpasamdṛishṭaḥ |
ashṭâbhiḥ çubhadṛishṭo
varshair miçrais tadardhena || 1 ||

Si partus tempore luna in VI vel VIII statione a malefico aspicietur, statim moriturus est natus, si a beneficis, octo annis, si a beneficis maleficisque, quatuor annis.

codd. B D *..pi A-vâ.*

Similia de hac re afferunt Graeci. cf. praesertim Firm. Matern. III 15. Manetho VI 19—22.

çaçivat saumyâḥ pâpair
vakribhir avalokitâ na çubhadṛishṭâḥ |
mâsena maraṇadâḥ syuḥ
pâpajito lagnapaç câste || 2 ||

Si benefici in VI et VIII statione a maleficis tantum aspicientur, et si dominus ascendentis a malefico rictus occidet, primo mense moriturus est natus.

râçyantasthaiḥ pâpaiḥ
sandhyâyâm himamayûkhahorâyâm |
mṛityuḥ pratyekasthaiḥ
kendreshu çaçânkapâpaiç ca || 3 ||

Si omnes malifici in signi nono fine positi lunae orientis solisque occidentis tempore, sive luna et malefici in singulis centris versabuntur, natus moriturus est.

cakraprâkpaçcârdhe
pâpaçubhaiḥ kîṭakodaye mṛityuḥ |
nidhanacatushṭayagair vâ
krûraîḥ kshîṇe çaçiny udaye || 4 ||

Si malefici in orientali eclipticae dimidio et benefici in occidentali dimidio oriente scorpione vel cancro, sive malefici in VIII statione vel centris positi erunt oriente lunae senescentis orbe, moriturus est natus.

saptâshṭântyodayage
çaçini sapâpe çubhekshaṇaviyukte |
na ca kaṇṭake 'sti kaçcic
chubhas tadâ mṛityur âdeçyaḥ || 5 ||

Luna in VII VIII XII I statione maleficis iuncta neque aspecta a beneficis neque in centris posito planeta benefico mors nati significatur.

caturasrasaptamagataḥ
pâpântaḥsthaḥ çaçî maraṇadâtâ |
udayagato vâ candraḥ
saptamarâçisthitaiḥ krûraiḥ || 6 ||

Luna mortis auctor erit (sicilicet nato) si in IV VIII VII statione media inter maleficos intercedet, sive orietur occidentibus maleficis. — *pâpântasthaḥ* codd. omnes. —

kshînendau dvâdaçage
lagnâshṭamarâçisaṃsthitaiḥ pâpaiḥ |
saumyarahitaiç ca kendraiḥ
sadyo mṛityur vinirdeçyaḥ || 7 ||

Si luna senescens in XII et malefici in I et VIII stationibus nec benefici in centris positi erunt, statim moriturum esse natum concludendum est.

sopaplave çaçâṅke
sakrûre lagnage kuje'shṭamage |
mṛityur mâtrâ sârdham
candravad arke saçastreṇa || 8 ||

Si luna deficiens cum malefico iuncta orietur marte in octava statione locato, una cum matre moriturus est natus; si sol eandem, quae de luna narrata est, constellationem efficiet, ab armato occidentur.

lagnadvâdaçanavanidha-
nasaṁsthitaiç candrasaurasûryâraiḥ |
jâtasya bhavati maraṇam
yadi na balayutaḥ patir vacasâm || 9 ||

Si luna in I statione, saturnus in XII, sol in IX mars in VIII, si iupiter potentia carebit, positi erunt, natus moriturus est.

A *dvâdaçanaidhana* B *lagnântanavanaidh*.. metro corcupto vix mederi potest.

post hunc versum duo e *Bṛihajjâtako* (VI 11 et 12 sumpti versus in omnibus manuscriptis leguntur, in D tertius quoque spurius, cuis originem indagare non potui.

iti çrîlaghujâtaka arishṭâdhyâyaḥ pañcamaḥ

---

râçyaṁçakalâ guṇitâ
dvâdaçanavabhir grahasya bhaganebhyaḥ |
dvâdaçahṛitâvaçeshe
'bdamâsadinanâḍikâḥ kramaçaḥ || 1 ||

Cuiusque planetae numeri signorum, graduum, minutarum (eius loci, quo partus tempore locatus est) cum CVIII multiplicandi sunt; minutis per LX divisis, numerus reliquus *nâḍikas* iudicat; quotiente (*venia sit verbo*) auctus graduum numerus per XXX dividatur, numerus reliquus dies indicat; quotiente vero auctus signorum numerus per XII dividatur, numerus reliquus menses indicat; quotiente (per

CVIII multiplicato) per XII diviso numerus reliquus annos indicat. *(secundum Utpalum.)* Hic cuiusque planetae numerus annorum, mensium, dierum, *nâḍikarum* eius ‚*âyurdâya*‘ portio appellatur.

horâdâyo 'py evam
balayuktânyâni râçitulyâni |
varshâṇi samprayacchaty
anupâtâc câmçakâdiphalam || 2 ||

Ita ascendenti quoque portio sua tribuitur, si dominatione gaudet. Quotum erit zodiaci orbis signum ascendens, tot erunt anni eius portioni; inversaque, qua de planetis praescriptum est, ratione reperiuntur menses, dies, *nâdikae*.

(Bh. *liptâpiṇḍikâ dvâdaçabhiḥ samguṇyâshṭâdaçabhih çatair vibhajyâptam mâsâḥ* | *mâsaçesham trimçatâ samguṇya* etc.)

vargottamasvarâçidṛi-
kâṇasvanavâmçake sakṛiddviguṇam |
vakroccagayos triguṇam
dvitriguṇatve sakṛittriguṇam || 3 ||

Planetae, qui vargottamo signo decano vel fine ipsi addictis gaudet, portio duplex; si retrogradus vel in exaltatione erit, portio triplex erit; si planeta ita locutus erit, ut et duplicatio et triplicatio iubeantur, triplicatio tantum adhibenda erit.

svanavâmçake metri causa pro *nav*.. scripsi
triguṇam pro verbo *triguṇitam* codicum.

çatrukshetre tryamçam
nîce 'rdham sûryaluptakiraṇâç ca |
kshapayanti svâd dâyân
nâstam yâtau ravijaçukrau || 4 ||

In dominio inimici perdunt planetae*) tertiam partem, in deictione dimidium portionis, pariterque obscurati solis radiis, occidentibus venere et saturno exceptis.

*) Bh. *angârakam varjayitva* .... | *yasmâd uktam hitvâ vakram ripugṛihagatair hîyate svatribhâga iti.*

cod B *kiraṇâç* recte, reliqui: *kiraṇaç*
codd *âyân* B *âyun*; corrupta videntur e *dâyân*.

sarvârdhatricaturthe-
shuçatrubhâgân vyayâd dharanty açubhâḥ |
santo 'rdham ato vâmam
balavân ekarkshageshv ekaḥ || 5 ||

Planetae malefici in stationibus XII XI X IX VIII VII perdunt secundum ordinem, totam, dimidium, tertiam quartam quintam, sextam, partem portionis suae; benefici vero iisdem locis positi dimidium, tertiam etc. partem. si omnes planetae in eodem signo versantur, suam partem potentissimus amittit.

A *caturtheshushaṭhritabh..* B *endriyacatru* D *indriyartu. eshuçatru* scripsi, ut numerus pedum compleatur.

iti çrîlaghujâtaka âyurdâyâdhyâyah shashṭhaḥ

çodhyakshepaviçuddhaḥ
kâlo yo yena jîvite dattaḥ |
sa vicintyas tasya daçâ
svadaçâsu phalapradâs te ca || 1 ||

Quod vivendi temporis auctum deminutumque secundum prioris capiti praecepta a planetis datur, id eorum ‚*daçâ*' appellatur, per quam fructus (fati) porrigunt.

lagnârkaçaçânkânâm
yo balavâns taddaçâ bhavet prathamâ |
tatkendrapaṇapharâpô-
klimopagânâm balâc cheshâḥ || 2 ||

Qui potentissimus inter ascendentem, solem, lunam eius *daçâ* prima vocatur. Planetarum, qui in centro epanaphora apoclimate potentissimi locati sunt, *daçae* secundum ordinem dignitatum (II 7) sequuntur.

Bd *gânâm* recte, reliqui omnes *gatânâm.*

mitroccasvagṛihâmço-
pagatânâm çobhanâ daçâḥ sarvâḥ |
svoccâbhilâshiṇâm api
na tu kathitaviparyayasthânâm || 3 ||

Prosperae sunt *daçae* planetarum, qui sua vel amici exaltatione, sua domo, suo fine gaudent vel exaltationem adpetunt. (Bh *uccarâçer dvâdaçarâçau navamanavâmçakastho graha uccâbhilâshî)*
Adversae autem *daçae* planetarum non hisce locis positorum.

horâdaçâ drikâṇaiḥ
pûjitamadhyâdhamâ care kramaçaḥ |
dviçarîre viparîtâ
sthire tu pâpeshṭamadhyaphalâ || 4 ||

Aequinoctialis signi *daçâ* prospera, si primus decanus oritur, mediocris, si secundus, si tertius, adversa; bicorporei adversa, mediocris, prospera; fixi signi adversa, prospera, mediocris.

ekârkshe'rdham tryamçam
trikoṇayoḥ saptame tu saptâmçam |
caturasrayos tu pâdam
pâcayati gato grahaḥ svaguṇaiḥ || 5 ||

Si planeta cum *daçae* domino in eodem signo locatus est, *daçae* dimidium, si in trigonis, tertiam partem, si in oppositione, septimam partem si in IV et VIII statione quartam partem ipsius natura imbuit. (*svair guṇaiḥ pâcayati* | VII 3 | *taduktam çubhâçubhatvam tair guṇaiḥ paripâcayatîtyarthaḥ*.)

bhâgâḥ sadriçacchedair
vivarjitâḥ samyutâ daçâchedaiḥ |
pratyamçam guṇakârâḥ
prithak prithak cântardaçâs tâh. || 6 ||

Versus hic adeo corruptus est, ut eum neque emendare neque interpretari conor.

A *pratyasam.*

iti çrîlaghujâtake 'ntardaçâdhyâyaḥ saptamaḥ.

---

kendrâyâshṭadvinavasv
arkaḥ svâd arkibhaumayoç ca çubhaḥ |
shaṭsaptântyeshu sitât
shaḍâyadhîdharmago jîvât || 1 ||

upacayago 'rkaç candrâd
upacayanavamântyâdhîyutaḥ saumyât |
lagnâd upacayabandhu-
vyavasthitaḥ çobhanaḥ proktaḥ || 2

(Bh *janmakâle yatra sthâne 'rko vyavasthitaḥ tasmât sthânât* ..... *raviḥ çubhaḥ*)
Inde ab eo loco, quo sol vel saturnus vel mars positi sunt (genuturae tempore), in stationibus I. IV. VII. X. XI. VIII. II. IX, a veneris loco in VI. VII. XII, a iove in VI. XI. V. IX, a lunae loco in III. VI. X. XI, a mercurii loco in III. VI. X. XI. IX. XII. V, ab ascendente in III. VI. X. XI. IV stationibus sol secundus est

çaçy upacayeshu lagnât
sâdyamuni svât kujât sanavadhîsthaḥ |
sûryât sâshṭasmaragas
trishaḍâyasuteshu sûryasutât || 3 ||

e *sáshṭa* e Bh. commentario et D restitui

jn'ât kendratrisutâyâ-
shṭago guror vyayabhavâshṭakendreshu |
tricatuḥsutanavadaçasap-
tamâyagaç candramâḥ çukrât || 4 ||

Luna secunda est: ab ascendente in III. VI. X. XI. ab ipsius loco in III. VI. X. XI. I. VII, a marte in III. VI. X. XI. IX. V. II, a sole in III. VI. X. XI. VIII. VII, a saturno in III. VI. XI. V, a mercurio in I. IV. VII. X. III. V. VIII. XI, a iove in I. IV. VII. X. XII. XI. VIII, a venere in III. IV. V. IX. X. VII. XI stationibus locata.

bhaumaḥ svâd âyasvâ-
shṭakendragas tryâyashaṭsuteshu budhât |
jîvâd daçâyaçatru-
vyayeshv inâd upacayasuteshu || 5 ||

udayâd upacayatanushu
trisḍaḍâyeshv indutah samo daçamaḥ |
bhṛiguto' ntyashaḍashṭâyeshv
asitât kendrâyanavavasushu || 6 ||

Mars secundus est: ab ipsius loco in XI. II. VIII. I. IV. VII. X a mercurio in III. XI. VI. V, a iove in X. XI.

VI. XII, a sole in III. VI. XI. X. V, ab ascendente in III. VI. X. XI. V, a luna in X. III. VI. XI, a venere in XII. VI. VIII. XI, a saturno in I. IV. VII. X. XI. IX. VIII. stationibus locatus.

saumyo' ntyashaṇṇavâyâ-
tmajeshv inât svât tritanudaçayuteshu |
candrâd dviripudaçâyâ-
shṭasukhagaḥ sâdishu vilagnât || 7 ||

prathamasukhâyadvinidhana-
dharmeshu sitât tridhîsameteshu |
sâçâsmareshusaurâ-
rayor vyayârivasushu guroḥ || 8 ||

M e r c u r i u s s e c u n d u s e s t: a sole in XII. VI. IX. XI. V, ab ipsius loco in XII. VI. IX. XI. V. III. I. X, a luna in II. VI. X. XI. VIII. IV. ab ascendente in II. VI. X. XI. VIII. IV. I, a venere in I. IV. XI. II. VIII. IX. III. V, a saturno et marte in I. IV. XI. II. VIII. IX. X. VII, a iove in XII. IV. VIII. stationibus locatus.

jîvo bhaumâd vyayâshṭa-
kendrayato 'rkât sadharmasahajeshu |
svât satrikeshuçukrân
navadaçalâbhasvadhîripushu || 9 ||

çaçinaḥ trikôṇâ-
rthalâbhagas triripudhîvyayeshu yamât |
navadiksukhâdyadhîsvâ-
yaçatrushu jn'ât sakâmago lagnât || 10 ||

I u p i t e r s e c u n d u s e s t: a marte in XII. XI. VIII. X, a sole in XII. XI. VIII. I. IV. VII. X. IX. III, ab ipsius loco in XII. XI. VIII. I. IV. VII. X. III, a venere in IX. X. XI. II. V. III, a luna in VII. V. IX. II. XI, a saturno in III. VI. V. XII, a mercurio in IX. X. IV. I. V. II. XI. VI, ab ascendente in IX. X. IV. I. V. II. XI. VI. VII. stationibus locatus.

sakâmeshu | *kâmaçabdena saptamam ucyate.* Bh.

çukro lagnâd âsuta-
navâshṭalâbheshu savyaye candrâd |

svât sâjn'eshu ravisutât
[tridhî] sukhâptinavakarmarandreshu || 11 ||
vasvantyâyeshv arkân
navadiglâbhashṭadhîsthito jîvât |
jn' ât-trisutanavâyarishv
âyasutâpoklimeshu kujât || 12 ||

Venus secunda est: ab ascendente in I. II. III. IV. V. IX. VIII. XI, a luna in eisdem stationibus et duodecima, ab ipsius loco in prioribus stationibus et decima, a saturno in III V. IV. IX. X. VIII, a sole in VIII. XII. XI, a iove in IX. X. XI. VIII. V, a mercurio in III. V. IX. XI. VI, a marte in XI. V. III. VI. IX. XII locata.°

11 d. A *trisukh.* Utpalus *tridhîsukhâ* etc. codd reliqui omnes. metri causa eiiciendum esse, *tridhî* censeo.

svât sauris trisutâyâ-
rigaḥ kujâd antyakarmasahiteshu |
svâyâshṭakendrago 'rkâc
chukrât shashṭhântyalâbheshu || 13 ||
tri shaḍâyagaḥ çaçankâd
udayât sasukhâdyakarmago 'tha guroḥ |
sutashaḍvyayâyago jn' âd
vyayâyaripudinnavâshṭasthaḥ || 14 ||

Saturnus secundus est: ab ipsius loco in III. V. XI. VI, a marte in XII, XI, III, a sole in II. XI. VIII. I. IV. VII. X, a mercurio in XII. XI. VI. X. IX. VIII, a venere in VI. XII. XI, a luna in III. VI. XI, ab ascendente in III. VI. XI. IV. I. X, a iove in V. VI. XII. XI stationibus locatus

sthâneshv eteshu hitâḥ
çesheshv ahitâ bhavanti jantûnâm |
açubhaçubhaviçeshaphalam
grahâḥ prayacchanti câragatâḥ || 15 ||

Hisce locis planetae secundi, in reliquis adversi sunt hominibus: suis cursibus meantes secundam adversamque fortunam tribuunt.

A *bhavanty anishṭânâm* C *neshṭânam.* B D ut supra. B *viçesha,* reliqui *viçlesha* contra metrum.

Secundum astrologorum morem iubente Utpalo secundae stationes punctis, adversae linolis notandae sunt, deinde puncta et lineolae pares numero neglegantur, ut puncta tantum aut lineolae relinquantur.

Hac de re addit Utpalis *çlokos* hosce:

pushṭam syâd ekarekhâbhir (exspectes *ekavindubhir*) *dvâbhyam arthakshapo bhavet* |
tribhih kleçam vijânîyâc caturbhiḥ samatâphalam. ||
pan'cabhih paramânandaḥ shaḍbhir arthagamo bhavet |
saptâbhir labhyate sâukhyam ashṭabhiḥ sarvasampadaḥ ||
rekhâdhike'pi çubhadam bindvâdhikyeṇa çobhanam |
aphalam gocaram gaṇyam ashṭavarge(o) vinirdiçet ||
iti çrîlaghujâtake nashtakavargo'shṭamaḥ

---

ravivarjan dvâdaçagair
anaphâ candrâd dvitîyagaiḥ sunaphâ |
ubhayasthitair durudharâ
kemadrumasan'jn'ito 'to 'nycḥ || 1 ||

Anaphâ (defluxio) dicitur constellatio, quae efficitur, si quis planetarum escepto sole in signo lunae antecedente versatur, *sunapha* (applicatio συναφή), si in signo lunae succedente, si in utroque *durudhara* (δορυφορία) si in neutro *kemadruma* (κενόδρομος)

anaphâ est Graecorum ἀπόῤῥοια, ‚ἀναφή' apud Graecorum astrologos non legi, nec ‚χρηματίσμος', quod A. Weber verbum ‚*kemadruma*' effecisse vult. κενοδρομία apud Porphyrium, κενοδρομεῖν apud Proclum et Manethonem legitur eandem rem explicantes. Firmicus Maternus exhibet verbum κενόδρομον, quod artissime cum *kemadruma* convenit.

sacchîlam vishayasukhânv-
itam prabhum khyâtiyuktam anaphâyâm |
sunaphâyâm dhîdhanakîr-
tiyuktam âtmârjitaiçvaryam || 2 ||

In defluxione natus bonis moribus, voluptate sensuum praeditus, dominus celeber fiet, in applicatione maiestatem ab ipso praeparatam, iunctamque sapientia, divitiis, gloria nanciscetur.

bahubhrityakutumbâram-
bhanityam udvignam api ca daurudhare |
bhritakam duḥkhitam adhanam
jâtam kemadrume vindyât || 3 ||

Prius hemistichium tam obscurum est, ut pro interpretatione mea Utpali verba reddere malim: *bahubhrityam bahukuṭumbakâryam ratam nityam udvignam cam* (sic) *evam durudharâyogo (!) jâtam bhavati.*

A *ârata.* A *daudurudhare.* B *apica daurudharake,* C *daurddharake,* D *dauradhareḥ.*

3 cd: mexcenarium infelicem pauperem in „vacuo cursu" natum inveniet.

bhaumaç cauraç caṇḍo
mahâdhano jn'ânavân budho nipuṇaḥ |
riddhaḥ çukraḥ sukhabhâg
gurur guṇâḍhyo nripatiḥ pûjyaḥ || 4 ||
bahvârambhaḥ sauro
bahubhrityaḥ pûjito guṇair vriddhaḥ |
eshâm guṇaiḥ samaguṇâ
jn'eyâ yogodbhavâ vidhinâ || 5 ||

Si cuiuslibet constellationis auctor mars fuerit, natus fur et vehemens erit; si mercurius, perdives, sapiens, peritus; si venus, felix fortunatusque; si iupiter, virtutibus dives imperatorque venerandus; si saturnus, multa conabitur et erit multo comitatu circumdatus virtutibusque praeclarus.

B 4. c *krûdhaḥ.*

5 d. A *vividhâ* B. D *vidhivat* C *purushâḥ.* secutus sum Utpalum: *vidhinâ niçcayât,*

sûryâd dvitîyam riksham
v e ç i sthânam prakîrtitam y a v a n a i ḥ |
tac ceshṭagrahayuktam
janmani ceshṭâsu ca vilagnam(?) || 6 ||

Secundum a solis loco signum a *Javanis veçisthânam* nuncupatur, quod beneficis planetis iunctum oriens geniturae et profectionibus secundum est. (Bh.)

A in margine *yâtrâsu çubham uktam pâṭântare.* B in textu *yâtrâsu* ca vilagnam. *Bhaṭṭatp.* legit *ceshtâsu vilag-*

nam | ceshṭâsu yâtrâsu tad eva lagnam ishyate. lectiones excepta illa in margine codicis A sensu carent; fortasse legendum est: *ceshṭâsu* suvilagnam vel: *ceshṭâsu ca* sulagnam.

veçi idem verbum ac Graecum ‚*φάσις*‘ esse A. Weber (Ind. Stud. II 254) protulit. Quod equidem negaverim. Nam et *φάσις* terminus astrologiae Graecae, quam quidem ego novi, non est et secundum a sole signum est, in quod sol brevi tempore introiturus est, ergo inquo stellae potius *ἐκλείπονται* quam *φαίνονται*. Deinde, si *φάσις* Indica lingua redderetur, secundum usum comunem *φ* per ph redderetur, et *α* per a sive â; ergo *φάσις* sub voce *veçi* latere non potest. Utrum *βάσις*? Sensus non vetat, nam quod signum sol mox attinget, eius fundamentum dici potest. At *βάσις* quoque terminus astrologicus non est. Meam sententiam proferam. Iam supra diximus scripta *Yavanâcâryorum* Graeca non esse, sed *Yavanos* eos quoque Indos appellari, qui primi Graecorum astrologiam litteris mandaverint. Itaque non omnes, quos proferunt, terminos Graecos esse oportet, sed etiam sanscriticos nec non pracriticos (cf. *Bṛh. Samh. 83, 3*). Vocem ‚*veçi*‘ a radice *viç* derivandam esse censeo, licet contra regulam formata sit, et idem esse ac *veçya* „vicinitas“. (P. W. s. v. *veçya.*) Hoc modo natura signi illius et vox ‚*veçi*‘ optime explicatur.

yantrajn'am pâparatam
nipuṇam krûram ca çastravṛittim ca |
dhâtujn'am ca kramaçaç
candrâdibhir anvitaḥ sûryaḥ || 7 ||

Si sol iungetur lunae, homo instrumentorum gnarus; si marti, malis gaudens; si mercurio, peritus (*nipuṇaḥ kâryeshu sûkshmadṛishṭiḥ*); si iovi, crudelis; si veneri, armis exercitatus; si saturno, metallorum gnarus fiet.

C *çastravṛittam.*

candro 'ngârakapûrvaiḥ
kûṭajn'am praçrutam kudâbhyadhikam |
vastravyavahârajn'am
krameṇa paunarbhavam caiva || 8 ||

Si luna jungetur marti, homo dolosus fiet; si mercurio, celeber (*Bhaṭṭ: prasṛitaḥ priyamvadaḥ*); si iovi genti superior; si veneri, sartor; si saturno, bis nuptae filius.

ad vocem ‚*paunarbhava*' explicandam Utpalus versum *Yâjn'avalkyi* I, 67 affert:

akshatâ vâ kshatâ caiva punarbhû samskṛitâ punar |
svairiṇî yâ patim tyaktvâ savarṇaṃ kâmataḥ çrayet ||

B. *kûṭakaram* C *prasṛitam* contra metrum.
d. B *ceti.*

mallam rakshikaparadâ-
rasaktaduḥkhânvitam kujo' jn'âdyaiḥ |
jn'o jîvâdyair geya-
jn'aṃ vâgmâhendrajâlajn'am || 9 ||

Si mars iungetur mercurio, homo gladiator fiet; si iovi, custos; si veneri, adulter; si saturno infelix. Si mercurius iovi iungetur, homo carminum gnarus fiet, si veneri, disertus; si saturno magus.

Versus in manuscriptis summopere depravatus legitur. *mallo* omnes; *rakshikaḥ*, B *rakshakaḥ; paradârâsakto*, B *paradârarato, duḥkhâṇvitaḥ* omnes praeter C. *jn'e* omnes praeter C. B *gâtajn'am. vagmî* omnes praeter B.

jîvaḥ sitena bahuguṇam
asitena samanvito 'tha ghaṭakâram |
strîdhanam asitena sitas
tribhir apy evam phalâni vadet || 10 ||

Si iupiter veneri iungetur, homo multus virtutibus praeditus fiet; si saturno, figulus; si venus saturno, per mulieres locupletatus. Tribus planetis in uno signo locatis tres qualitates, quas diximus, hominis animae tribuuntur.

caturâdibhir ekasthaiḥ
pravrajyâm svâm karoti graho balî |
bahuvîryais tâvadbhiḥ
prathamâ vîryâdhikasyaiva || 11 ||

Si quatuor pluresve planetae in uno signo reperientur, is, qui potens erit, suam ‚sanctitatem' tribuet; Pluribus pollentibus praepollentis sanctitas (*pravrajyâ*) prima est, reliquorum sequuntur.

codd. habent quoque *tâvadbhyah.* An scribendum est *tâvatyâḥ* sc. *pravrajyâḥ?*

tâpasavṛiddhaçrâvaka-
raktapaṭâjîvibhikshucarakâṇâm |
nirgranthânâm cârkât
parâjitaiḥ pracyutir balibhiḥ || 12 ||

Si plures, quam quatuor planetae in uno signo reperientur, homo *tâpasus* (*vanaprastha*) fiet. sole pollente, luna pollente *âjîvi* (*ekadaṇḍî*), iove pollente *bhikshus* (*yatî tridaṇḍî*), venere pollente *carakus*, saturno *nirgranthus* (*khapaṇakaḥ*) — Ita Utpali commentarius, nescio qua causa ductus; nos vertimus: sole *tâpasus*, luna *vṛiddhaçrâvakas*, venere *raktapaṭus*, iove *âjîvin*, mercurio *bhikshus*, marte *carakus*, saturno *nirgranthus* fiet (cf. LJ. II. 7.) Sanctitas pollentis planetae, qui vincitur, omittitur.

dinakaraluptamayûkhair
adîkshitâ bhaktivâdinas teshâm |
yâcitadîkshâ balibhiḥ
parâjitair anyadṛishtair vâ || 13 ||

Qui per solis radios obscurantur (*udayâstamayarâçyor antarvartitvam*) non consecrationem, sed fidelem erga mendicos animum indicant; rogatam tantum consecrationem (*pravrajâyâm ca nâmâpî na prâpnoti*) pollentes victi vel aliis aspecti significant.

asthiravibhûtimitram
calam aṭanam skhalitaniyamam api carabhe |
sthirabhe tadviparîtam
kshamânvitam dîrghasûtram ca || 14 ||

Luna in tropico signo denotat hominem infirma potestate et amicitia praeditum, inconstantem, temerarium (Utp. *aṭanam adhyânaçîlam*), propositorum non tenacem, in signis fixis naturam contrariam, constantem et tardum.

dviçarîre tyâgayutam
kṛitajn'am utsâhinam vividhaceshṭam |
grâmyâraṇyajalodbhava-
râçishu jâtâs tathâçîlâḥ || 15 ||

In bicorporeis signis luna denotat hominem liberalem, grati animi, firmi consilii, multarum rerum peritum; in agresti, silvestri, aquatico signo naturam ei signo similem tribuit.

A *jâtâ bhavanti tacchîlâḥ.* B *âraṇye vâjâle.* C ut scripsimus.

kshetrâdhipasamdrishṭe
çaçini nṛipas tatsuhṛidbhir api dhanavân |
dṛikkâṇâmçakapair vâ
prâyaḥ saumyaiḥ çubham nânyaiḥ || 16 ||

Si luna a domino eius signi, in quo locata est, aspicietur, homo rex erit, si ab eius domini amicis vel a dominis finis decanive, in quibus versabitur, homo dives erit. Plerumque benefici fortunam, non reliqui significant. (*prâyo grahâṇâm çubho 'tiphalado bhavati | pâpagraho kimcitphaladaḥ*)

A *kshetrâdhipati-* contra metrum.

pushṇanti çubhâ bhâvân
mûrtyâdîn ghnanti samsthitâḥ pâpâḥ |
saumyâḥ shashṭe 'righnâḥ
sarve neshṭâ vyayâshṭamagâḥ || 17 ||

Augent benefici planetae qualitates (I 15) locorum suorum, malefici perdunt; benefici sexto loco inimicos occidunt (*pâpâç câvaçyam eveti*), omnes vero octavo et duodecimo loco perniciosi.

karkivṛishâjopagate
candre lagne dhanî surûpaç ca |
vikalângajaḍadaridrâḥ
çesheshu viçeshataḥ krishṇe || 18 ||

Si luna in cancro, tauro, ariete posita orietur, homo dives et formosus erit; membris mutilis, insipiens, pauper, si luna praesertim senescente orbe in reliquis signis versabitur.

vikalekshaṇo'rkalagne
taimiriko 'je svabhe tu râtryandhaḥ |
budbudadṛishṭiḥ karkiṇi
kâṇo vyagage çaçanke ca || 19 ||

Si sol partus tempore orietur, homo laesus oculis erit, si in ariete, caecus, si in tauro noctu caecus si in cancro oculis

pustolosis; in XII statione sol dextrum, luna sinistrum oculum perdit.

A et C *'rkolagne* contra metrum. B *'rkalagne*

ishṭam pâdavṛiddhyâ
mitrasvagṛihatrikoṇatuṅgeshu |
ripubhe 'lpam phalam arko
'pagaç ca pâpaṃ phalaṃ naivam || 20 ||

Beneficus planeta in amici dominio bonae sortis quartam partem, in sua domo dimidium, in suo trigono dimidium et quartam partem, in sua exaltatione totam, in inimici dominio seu sol occidens partem exiguam tribuet; contraria est ratio de mala sorte tribuenda.

B *'lpaphalam athârko'page* (!) *naçubham anyathâ pâpam.* A *pâpaphâlam.* C *'pagaçcâpâpâçubhanaivaṃ*

taskarabhoktṛivicakshaṇa-
dhaninṛipatinapuṃsakâbhayadaridrâḥ |
khalapâpotkṛishṭâ
meshâdînâṃ navâṃçabhavâḥ || 21 ||

Si partus tempore aries orietur, homo fur erit; si taurus, voluptati deditus; si gemini, doctus erit; si cancer dives; si leo, rex; si virgo, eunuchus; si libra, non timidus; si scorpius, pauper; si sagittarius, improbus; si aquarius, vehemens; si pisces, excellens.

kulatulyakulâdhikaban-
dhumânyadhanibhoginṛipasamanarendrâḥ |
svarkskagataikavivṛiddhyâ
kiṅcin nyûnâḥ suhṛidgṛihagaiḥ || 22 ||

Si unus ex planetis in suo dominio reperietur, homo stirpi aequalis; si duo, stirpi superior; si tres, suis reverendus; si quatuor, dives; si quinque, opulentus; si sex, regi similis; si septem, rex erit.

Planetis in amicorum dominiis versantibus qualitates paulo minores erunt.

A omisit *bandhu* B *kulâbhyadhika* C ut scripsimus

triprabhṛitibhir uccasthair nṛi-
pavaṃçabhavâ bhavanti râjânaḥ |

pan' câdibhir anyakulod-
bhavâç ca tadvat trikoṇagataiḥ || 23 ||

Tribus vel pluribus planetis exaltationibus suis gaudentibus regia gente nati reges fient, quinque vel pluribus alia quoque gente nati; idem fit, si planetae in trigonis locati sunt.

nirdhanaduḥkhitamûḍha-
vyâdhitabandhâbhitaptavadhabhâgaḥ |
ekottaraparivṛiddhyâ
nîcagataiḥ çatrugṛihair vâ || 24 ||

Si unus ex planetis in depressione vel inimici dominio versabitur, homo pauper erit; si duo, afflictus, si tres, stultus; si quatuor, aegrotus; si quinque, in vincula coniectus; si sex, doloribus afflictus; si omnes, cruciatus.

eko 'pi nṛipatijanma-
prado grahaḥ svoccagaḥ suhṛiddṛishṭaḥ |
balibhiḥ kendropagatais
triprabhṛitibhir avanipâlabhavaḥ || 25 ||

Unus tantum planeta exaltans et ab amico aspectus regium natum efficiet; tres vel plures in centris locati imperatorem orbis terrarum denotant.

A *strîpra* . . .

varyottamage candre
caturâdyair vîkshite vilagne vâ |
nṛipajanma bhavati râjyam
nṛipayoge balavati daçâyâm || 26 ||

Luna in suo *vargottamo* posita et ascendens quatuor vel pluribus planetis aspectum regium efficiunt natum, quo divinato a *daçâ* praepollentis regni initia indicantur.

çaçiyogasamâgamarâ-
çiçîlasandarçanâni bhâvâç ca |
âçrayarâjyaprabhâvâç
câdhyâye 'smin kramenoktâḥ || 27 ||

Lunae cum planetis constellationes, planetarum conventus, signorum aspectus qualitatesque, cum variorum tum regum natus hoc capite descripta sunt.

A *râçîyoga*, quod Utpalus quoque legisse videtur.

Versuum ordo in codice A, quem secuti sumus, optime cum rerum ordine versu ultimo huiusce capitis enarrato convenit, reliquorum codicum enumeratio versuum diversa est.

iti çrîlaghujâtake prakîrnâdhyâyo navamaḥ

adnot. Argumentum huius capitis summam cum Graecorum praescriptis similitudinem prodit; sed cum nostro libello res tanta brevitate exponantur et alio, quam apud Graecos modo dividantur, non singula occidentalium librorum loca, quibus similia quaeque praescribuntur, adnotari poterant; facillime omnia in Firmici Materni expositione dilucida reperientur.

---

carabhavanâdishu sarvair
âçrayajâ rajjumusalanalayogâh |
îrshyur mânî dhanavân
kramena kulaviçrutâḥ sarve || 1 ||

Omnes planetae, si in tropicis signis versantur, constellatio, (*rajju*) funis appellatur, si in fixis pistillum (*musala*) si in bicorporeis arundo (*nala*), quae omnes celebres in ipsorum gente homines reddunt, ac quidem prima invidos, secunda superbos, tertia divites.

kendratrayagaih pâpe-
tarair dalâkhyâv ahiç ca mâlâ ca |
sarpe 'tiduḥkhitânâm
mâlâyâm janma sukhinâm ca || 2 ||

Si malefici omnes vel benefici in centris versantur, constellatio ‚*dala*' appellatur; si tres malefici, constellatio serpens (*ahi sarpa*) appellatur, qua infelicissimi nascentur, si tres, benefici, corona (*mâlâ*), qua felices nascentur.

Utp. *atra yogadvaye candramâ na grâhyaḥ.*

B *pâpaiḥ çubhair* C *pâpair itarair.*

dviranantarakendrasthair
gadâ vilagnâstasamsthitaiḥ çakaṭam |
khacaturthayor vihangaḥ
çringâṭakam udayasutanavagaiḥ || 3 ||

çringâṭakato 'nyagatair
halam eteshâm kramât phalopanayaḥ |
yajvâ çakaṭâjîvî
dûtas cirasaukhyabhâk krishikṛit || 4 ||

Si planetae in duobus vicinis centris versantur, constellatio clava (*gadâ*) appellatur, si in I et VII currus (*çakaṭam*), si in IV et X avis (*vihangaḥ*), si in I. V. IX, quadrivium (*çringâṭakam*), si in II. VI. X, vel III. VII. XI, vel IV. VIII. XII stationibus, aratrum (*halam*).

clava homo pius reddetur, curru auriga, ave nuntius, quadrivio diu fortunatus, aratro agricola.

A *çringâṭakam anyagatam* C . . . *gatair*
B *çringâṭakato 'nyagatam.*

krûraiḥ sukhakarmasthaiḥ
saumyair udayâstasamsthitair vajram |
yava iti tadviparîtam
miçraiḥ kamalaç cyutair vâpî || 5 ||
lagnâdikaṇṭakebhyaç
caturgṛihânantarasamsthitair yogâḥ |
yûpeshuçaktidaṇḍâ
vajrâdînâm phalâny asmât || 6 ||
âdyantayoḥ sukhayutaḥ
sukhabhân madhye dhanânvito 'lpasukhaḥ |
tyâgî himsro dhanavar-
jitaḥ priyair janair viyuktaç ca || 7 ||

Si malefici omnes in IV et X et benefici in I et VII reperientur, constellatio fulmen (*vajra*) appellatur; si ratione inversa, hordeum (*yava*); si promiscue lotus (*kamala*); si in apoclimatibus et epanaphoris sive in apoclimatibus et centris, lacus (*vâpî*), si in I. II. III. IV columna (*yûpa*), si in IV. V. VI. VII, sagitta (*ishu*), si in VII. VIII. IX. X, lancea (*çakti*) si in X. XI. XII. I, sceptrum (*daṇḍa*); fulmine et hordeo homo in initio et fine felix erit, reliquo tempore infelix, loto dives, lacu paulumper felix, columna liberalis, sagitta crudelis, lancea pauper, sceptro ab amicis destitutus.

codd. 6 *samsthitair* contra metrum. 7 pro *sukhabhân duḥkhî*

restituendum est. A *pumân priyair*, B *priyair janair*; versus claudicat.

tadvat saptarkshasthair
naukûṭacchatrakârmukâṇi syuḥ |
nâvâdyair evam kaṇ-
ṭakâd vahiḥsthaiḥ smṛito 'rdhaçaçî || 8 ||

Si omnes planetae in septem domibus centra sequentibus versantur, constellationes secundum ordinem centrorum, navis (*nau*), cacumen (*kûṭa*), umbella (*chatra*), arcus (*kârmuka*) appellantur; si in septem domibus alias stationes sequentibus, semilunium (*ardhaçaçî*).

A *nâvâdyaiś tair ekakaṇṭ.* C. B *nâvâdyair apy evam*

ekântarair vilagnât
shaḍbhavanâvasthitair grahaiç cakram |
arthâc ca tadvad udadhir
nauprabhṛitiphalâni saptânâm || 9 ||

Si planetae in I. III. V. VII. IX. XI versantur, constellatio orbis (*cakra*) appellatur, si in II. IV. VI. VIII. X. XII, mare (*udadhi*); fructus septem constellationum, navis et reliquarum [sequente versu traduntur].

kîrtyâ yukto nṛitavâk
svajanahitaḥ çûrasubhagadhanibhûpâḥ |
ity âkṛitijâ vimçatir
âtmaguṇais teshu nandanti || 10 ||

Nave gloriosus, cacumine veriloquus, umbella suis amicus, arcu heros, semilunio felix, orbe dives, mari rex homo redditur: tales sunt viginti constellationes formarum ratione factae, in quibus nati ipsarum qualitatibus gaudent.

B pro *nṛitavâk*: *dhanavân* C *guṇavân*

ekâdigṛihopagatair
uktân yogân vihâya saṅkhyâkhyâḥ |
golayugaçûlakedâ-
rapâçadâmâkhyavîṇâḥ syuḥ || 11 ||

Si planetae exceptis ante dictis constellationibus in uno signo versantur, constellatio globus appellatur, si in duo-

bus, jugum; si in tribus, hasta; si in quatuor, campus; si in quinque, funis; si in sex, vinculum; si in septem, lyra.

codd. *grahopa* .. A *sankhyâyâḥ* B *dâmni.*

duḥkhitadaridraghâṭuka-
kṛishikaraduḥçîlapaçupanipuṇânâm |
janma kramena sukhinaḥ
parabhâgyaiḥ sarva evaite || 12 ||

Globo homo infelix erit, jugo pauper, hasta interfector, campo agricola, fune malis moribus, vinculo pastor, lyra peritus; si alia quoque constellatio efficitur, homines felices redduntur.

B *parabhâgaiḥ*

iti çrîlaghujâtake nâbhasayogâdhyâyo daçamaḥ

---

strîpumsor janmaphalam
tulyam kim tv atra candralagnastham |
tadbalayogâd vapur â-
kṛitiç ca saubhâgyam astamaye || 1 ||

Natalicia praedicta de feminis similia ac de viris sunt, quorum ea potissimum de earum corpore condicionibusque (*âkṛitiḥ samsthânam*) e signo, in quo luna versatur et e ascendente, ea de fortuna, e signo occidente sumenda sunt.

A *kim tatra*

yugmarkshe lagnendvoḥ
strîprakṛitisthâ surûpaguṇayuktâ
oje purushâkârâ
duḥçîlâ durbhagâ caivam || 2 ||

Si ascendens et luna in pari sede reperientur, naturam feminarum, bonum corporis habitum bonosque mores, si in impari sede, naturam, qualis est virorum, malos mores malamque fortunam assequetur.

A *rûpaçîlaguṇayuktâ* (an legendum est *strîprakṛiti rûpaçîlaguṇayuktâ?*) B (*oje*) *vishame*

abale saptamabhavane
saumyekshaṇavarjite ca kâpurushaḥ
bhavati patiç carabhe 'ste
pravâsaçîlo bhaved bhartâ || 3 ||

Si occidens signum non potens neque a beneficis aspectum erit, maritus malis moribus, sin signum tropicum occidet, domum evitabit.

A B *bhavati* pro *bhaved.*

bâlye vidhavâ bhaume
patisantyaktâ divâkare 'stasthe |
saure pâpair dṛishṭe
kanyaiva jarâm samupayâti || 4 ||

Si mars occidet, adhuc puella vidua fiet; si sol, a marito relinquetur; si saturnus a maleficis aspectus, virgo senescet.

A *samupaiti.*

sitakujajîvendvasitair
balibhir lagne ca saptamaç ca çaçî |
strî brahmavâdinî syâd
bhûriçâstra (!) kuçalâ pratîtâ ca || 5 ||

Si venus, mars, iupiter, luna, saturnus potentes erunt et luna orietur vel occidet, femina mysteriorum gnara, multarum scientiarum perita praeclaraque erit.

B *jîvenduyamair.* A *yadi çaçî.* B *samaç ca yadi.* versus admodum corruptus restitui non potest.

pumjanmaphalam yadyan
na ghaṭati vanitâsu patishu tat tâsâm |
vaktavyam râjyâdyam
vṛishaṇavinâçâdi vâ pâpam || 6 ||

A *vanitâsu tatrâsâm.* B *vanitâ patishu.* A *vinâçâdikam vâ.*

Quae praedicta bona, ut de regno, vel mala ut de semi-

nis corruptione, non in feminas, quadrant de earum maritis valent.

iti çrîlaghujâtake strîjâtakâdhyâya ekâdaçaḥ

— —

sûryâdibhir nidhanagair
hutavahasalilâyudhajvarâmayajaḥ |
kshuttṛitkṛitaç ca
mṛityuḥ paradeçe naidhane carabhe || 1 ||

Si sol in octava statione positus erit, homo igne morietur; si luna, aqua; si mars, armis; si mercurius, aerumnis; si iupiter, morbo; si venus, fame; si saturnus, siti; si octava statio signum tropicum erit, homo in externa terra obibit.

yo vâ nidhanam paçyati
balavân taddhâtukopajo mṛityuḥ |
lagnât trimçapatir vâ
dvâvimçaḥ kâraṇam mṛityoḥ || 2 ||

Ea corporis substantia mortis causa erit, quae pertinet ad planetam, qui octavam stationem aspiciet (*Lag. Jât.* II 13—19); sive dominus secundi et vicesimi ab ascendente decani mortis modum secundum priorem versum indicat. (ita Bhaṭṭ.)

B locos verborum ‚*nidhanam*' et ‚*balavân*' mutavit, C *bal. nidh. paç.*

vibudhapitṛitiryannarakân (!)
gurur uḍupasitâv asṛigravî jñayamau |
ripurandhratrimçakapâ
nayanti câstârinidhanasthâḥ || 3 ||

Iupiter mortuos ad deos perducit, luna et venus ad patres, mars et sol in corpora bestiarum, mercurius et saturnus ad inferna. Planetae, qui in VI. VII. VIII. stationibus (*yo balavân*) versantur, seu domini decanorum, qui sex vel octo signa ab ascendente absunt (*tayor yo balavân*), vitam post mortem indicant, qualis futura sit.

Prius hemistichium brevi syllaba abundat; an ‚*budha*' scribendum?

shashṭhâshṭamakaṇṭakago
gurur ucce bhaven mînalagne vâ |
çeshair abalair janmani
maraṇe vâ mokshagatim âhuḥ || 4 ||

Si mortis vel natus tempore iupiter exaltans in VI. VIII vel in centris positus erit sive in piscibus locatus orietur neque potentes reliqui erunt, homo liberationem ab existentia nanciscetur.

Sequitur versus e *Bṛih. Jât.* 24, 14 sumptus; metrum *Mâlinî*

iti çrîlaghujâtake niryâṇadhyâyo dvâdaçaḥ.

Sequuntur versus *Bṛih. Jât.* 25, 9—14 variis metris descripti.

Index capitum.